

Bibliothèque numérique

medic@

BRANCALEONI, Giovanni Fancesco.
**De balneorum utilitate cum ad
sanitatem tuendam, tum ad morbos
curandos, dialogus ex Hippocrate,
Galeno, caeterisque ; medicorum
peritissimus decerptus et nunc
primum aeditus**

Paris : Christian Wechel, 1536.

DE BALNE

ORVM VUTILITATE CVM AD

sanitatem tuendam, tum ad morbos curandos,

Dialogus ex Hippocrate, Galeno, cae-

terisq; medicorum peritissi-

mis decerptus, et nunc

primū editus.

Autore Ioanne Franc. Branchaleone Neopol.



P A R I S I I S.

Ex officina Christiani Wecheli, sub scuto

Basileensi, in uico Iacobeo. Anno

M. D. XXXVI.

S. D. N. PAVLO. III.

PONT. OPT. MAX. IO.

Franciscus Branchaleo S.



Remens BEATISSIME PA-
TER, ad pedes tuos libellus hic uenit
quē enim non deterrerēt eruditio mul-
tiplex, acerrimumq; iudicium tuū? Ani-
mant simplicitas ac amor, quibus hæc tibi ut uniuersæ
Christianæ reipublicæ, pro nostrarum uirium tenu-
itate consuleremus, meditati sumus. quid enim aliud ius-
tus sanctusq; pontifex, quàm totius orbis salus atq; feli-
citas? Audacem facit pietas: quæ summo imperio, subli-
mitate ingenij, doctrina rara non est minor. quæ pluris
facit qui purū deuotumq; animum obtulerit, quàm qui
meditatum cecinerit carmen, aut ἐκαστόμβλου aris
admouerit. Eam rogatam uolumus, si aliquando sub
cælo quod Diuina prouidentia tuis humeris quamuis
senilibus herculeis tamen, imposuit, respirare contige-
rit, has nostras (ni fallor) non inutiles nugas legere ne
dedignetur. et magnæ mercedis loco fuerit, si quid in
illis repies quod ad tuendā nobis uitam tuā spectet, il-
lud haurias: morbosq; senectæ atq; curarum filios emi-
nus arceas. Vale. Romæ nono Kalendas Septema-
bris, anno à partu Virginis. M. D. XXXV.

PERSONAE

DIALOGI BRANCHALEO, Dia
aulus, Sobarus, Illus. MARTINVS à
Portugallia.



Vdita PAVLI III. cum
doctrina tum sanctitate, Ro-
mam uenimus, eo consilio, ut
uiso. protinus reuertere mur
Neapolim. forte fortuna Re-
uerēdisimus ac illustrissimus
Martinus à Portugallia tunc
eger erat. Eum accersiti uisimus: assistebant tres medi-
ei concertantes de ualitudine illius uiri, ac ijs quæ ad
morbum pellendum spectabant. Ingredientes & eo
qua decet reuerentia salutaro (est enim ultra illas dig-
nitates, Regis Lusitanorum nepos, & apud Pontifi-
cē Legatus) iussi sedere, grauitertulimus eum non no-
uisse sanum maior enim indiciorum pars mutatur in æ-
gro, quæ ad temperamenti cognitionem nos ducunt.
Vtcunq; ea colligo, quæ firma permanent; secedo in an-
gulum, domesticos quosdam atq; familiarem medicum
sciscitor, nunquid sanitatis tempore caleat ultra com-
munem gradum? caro lenis an aspera, pinguis macer
ue, albus uel ruber, quibus facile qualitatibus afficere-
tur, quibus deniq; delectaretur? num impiger ac celer,
a ij an iners

In limine ip-
so temperiē
uestigat.

Tempera-
menti nota

DE BALNEORVM VSV.

an iners ac æque qualis uox? quis pulsus tenor? qua-
 lia quæue corporis excrementa? præcipue tamen can-
 dide & ingenue referrent suos mores. una fuit om-
 nium uox, auream quandam in ijs omnibus exprime-
 re mediocritatem. Omnem uictus rationem percunctor.
 diem natalem ac horam ijs quæ seruaueram signa ad-
 iicio: corpus medium inter glabrum & hirtum, ru-
 fum pilum, harmonicam membrorum symmetriam, hi-
 larem ac iucundam faciem, & (ut Lucianus ait) co-
 micam, exertas uenis latioresq; , perspicax ingenium,
 fidelissimam memoriam, mores sanctissimos. Iis recor-
 dati astantes addiderunt colorem ex albo roseoq; tem-
 peratum. Comperio denique dominum genituræ Io-
 uem. Hisce sic uestigatis atque in unum reductis, ide-
 noscenda sin am temperatissimi corporis, Galenicam illam Policle-
 gularis cõ- ti statuam inter Lusitanos (qui principium incolunt
 plexionis. quinti climatis) formo animo ad hanc proxime acce-
 dere descriptam temperiem uideo, labi pauxillum ad-
 plex, pro- calidam ac humidam: acciderent tamen, & (ut Gale-
 pria & ac nus ait) natura acquisita ad flegmaticam. Quem enim
 quisita. hisce scopulis non illiderent nocturna diurnaq; studi-
 a: perpetuæ cogitationes abditarum literarum, et præ-
 cipue recondite ac mysticæ Theologiæ, cui se ab ine-
 unte etate emancipauit? Etenim quemamodum umbra
 corpus, lux solem, sic literatos uiros uentriculi imbecil-
 litas, capitis fluores, pituita, atraque bilis comitantur.
 Promde podagra atq; calculo annis superioribus
 lata sanis, laborasse commemorabant. Iuxta igitur suæ craseos
 rationem

rationem, signa imaginatus sana, ætatis & aliorum, passim ad morbi cognitionem, eiusq; magnitudinis atque causarum omnium descendimus: quot antea dies febris corripuisset interrogamus, & reliqua, per ordinem. responderunt nouem, hora undeuigesima: præcedentibus oscitationibus, pandiculationibus, dorfiq; acri punctura, nausea quadam ac uomitu flauo succi, saporis amari, paulo post calor aggreditur, uniuersum corpus occupat. Ecce sitis, lingue ariditas, uigilia, acuta cephalalgia, pulsus uelox ac magnus, rubrum mediocriterq; tenue lotium: astringitur aluus, intenditur calor, æstuat, hinc inde se iactat: dolent renes, oculi, genæq; rubent; calor tangenti primo occurso mordax, perseverante manu quasi uictus cedens. Hora noctis prima sudare incipit, febris decrescere, quinta sextæque calore soluitur. Tempus erat uernum, non procul ab æstate. erat enim sol in uigesimotertio Geminarum gradu, luna in 13. Leonis, nec procul quartus lune aspectus. Totaq; uictus ratio subilem producere sanguinem aptissima, qui putrescens continuo in flauam bilem conuertitur: mixtamq; sanguini & pituitâ quam nominant dulcem: ex quibus comburenti calore, occasione data, sepe salsum flegma sanguini admiscebatur: plerunq; spurium genus colera, quam uicellinam aliqui nuncupât, coalescebat. Prudentes ac periti medici tepescētē febre spiritus pūsana cremore recreant, ordeacea; aqua adhuc calentia uiscera refrigerant: mane horis antelucanis potionē (scyrupum uocât) propināt

Signa ægra
arguentia
tertianâ. no
tham ac pe
riodicam.

A re non
naturali.

a iij 'mollis

DE BALNEORVM VSV.

mollī clystere ducunt aluum, panēq; loto cibant. Inua-
dit febris serius quā pridie irrepserat, fuitq; remis-
sior: tertio citius irruit, & acrius afflixit: uictum me-
dici tenuissimum seruarunt: sequenti die (qui quartus
Vena sectio erat) uenis turgēbus, coctionisq; signis uisis, incisa ba-
silica sanguinē mitti iubent, scyrupos iterant. Octa-
uo **Inepta cōge** ex cathratice (quod receperat de more, māna, reubar-
ries & per barum, triseram quam dicunt persicam, pharmacum
niciosa, soluium ex prunis, idq; quod ex rosis) aluum deici-
unt. excreuitq; diuersorum humorum nonnihil. Venti-
Damna ex culus adeo deiectus est, ut attagenē aut perdicem au-
insalubri diēs nausearet ac uomeret. Calor auctus est, nec dimi-
medicamine sit amplius: flammeum apparuit lotium, omnia sympto-
mata intensiora. Horum factus certior, obseruo illo die
naturę motum, animaduerto proritādo sudori intētam
esse, cutisq; obstructionem insigniter reluctari. His om-
nibus diligēter perpēsīs, ac rite memorię seruatis, nūti-
ari medicis iubeo, ut mane cōueniremus. adueniūt. An-
tists, ut est *Ἐλλοσοφώτατος* imperat in cōspectu su-
o d. feri, non oblitus miserabilis illius inscriptionis, Tu
ba medicorum perij. Erant tres illi medici natu maio-
Tres medi- postremę classis, purpurati, anulati, aurum ructantes,
corū formę & smaragdos, eorum mores, ut postea compertum ha-
bui, maxime diuersi. Iccirco non patiens ego actorum
rationem reddi, summam earum rerum, quę ad officii-
Occasio d i um meum magis necessarię uidebantur, perstrinxi. o-
slogi. rationisque exitus fuit, potabilis aquę temperato bal-
neo

DE BALNEORVM VSV.

balneo, mane proximo abluendum esse, & ni rigeret, Dulcis de
iterandum sequenti die, camemelino oleo aut aneti- que balneo
no spinam perungendam, interim pastillos ex semini- esse lauan-
bus diureticis, & scyrupos, si uoluerint, propinarent. dum.

Vbi finem fecimus, coepit unus ex illis ridere, cui Di-
aulo nomen erat: arrisit alter Sobarus. Eusebius, qui
tertius erat, nec laudabat, nec damnabat. Tum Diau-
lus illotis manibus, perfricata fronte, priusquam con-
ceperit, pariens, quid hoc portenti est, quod in medi-
um adfers iuuenis? Quae noua remedia? fortassis recor-
datus es piscinae illius, cuius meminit euangelium, qua
agitata ab angelo, qui primus iniiciebatur, conualese-
bat. sed reiectis iocis caue deinde isthaec commemoras,
quae nemo laudauit unquam, quibus nemo utitur. Soba-
rus. Turpe est de huiusmodi reuerba facere, ordinemus
quid debet comedere hoc mane, & ordinemus scyru-
pum, & relinquamus istas philaterias scholaribus.
fortassis latinissare uolumus: morbi curantur me-
dicinis, non eloquentia (hisce enim emblematis tota
erat distincta oratio, hisce uernabat flosculus) for-
tassis uolumus iterum componere artem medicine.

B. R. A. N. Simplicissimè & candidissime (ueneran-
de senex, ac probe) loquutus sum, & si praesciuisssem
uos tam iniquo animo haec ferre, ne hiscere qui-
dem fuisssem ausus. Putabam libere quod senseram, ex-
primere posse. me non reclamante excandescitis. Ro-
go quicquid dixi boni consulatis. loquentis uolunta-
tem, non opinionem perpendite. Eusebius tunc, qui

a iij tertius

tertilys erat, Absit, ut candorem tibi ac pietatem uito
 uertam, si talis esset sententia, qualis animus, continuo
 me subscribere uidisses, sed cum de huiusmodi re am-
 bigam, alterutram partem, nec damno, nec affirmo.
 Modestus: Hoc balneorum genus huius cui (quos nouerim) me-
 ac pius me- dicum, alterutram partem, nec damno, nec affirmo.
 dicus. Hoc balneorum genus huius cui (quos nouerim) me-
 dici arcuere omnes. Contra communem usum opera-
 ri periculosum est. Nec me praterit, nonnulla quò cõ-
 muniõra, eò esse peiora, idque sæpe melius esse,
 quod à paucis probatur. Utouque Branchaleo caue,
 ne dum cælum colis, terram anittas. negocium sibi fa-
 cesit, qui alijs refragatur. Iam scis uetus adagum.

Disputandi obsequium amicos, ueritas odium parit. Verũ si per-
 formula. stas in eadem sententia, utrinq; in medium rationes ad-
 ducantur, & si dilutis nostris, tuæ efficaciores erunt,
 expeditis pedibus me in tuam sententiam currere ui-
 debis, herbamque porrigere. A N T. Video uos pa-
 ratos ad pugnam, gaudeo, modo ne descendatis ad ar-
 ma. Res est seria, iocis non est opus, non scommatis,
 non pusillanimitate. Aristotelia quiescere quiete, mori
 Platonicamorte cum oportet, cui ueritas cordi est. Ab-
 sint nuge, supercilium, arrogantia, sint procul ambi-
 tio & auaritia, & si qua est alia teredo, que medico-
 rum, in maximam nostram calamitatem, rodere ani-
 mos soleat. Laudo Eusebij sententiam, uerum cum tã-
 ta nunc non urgeat necessitas, hora nanque aduenit
 capiendi cibi, placeat uobis (uiri eruditi ac mei a-
 mantissimi) huiusmodi disputationem in crastinum
 differre diem, tum ex oriente sole aut more peri-

Parrico

DIALOGVS BRANCH.

patetico deambulando, aut Academico sedendo medi-
 tati, differere pulcherrime poteritis. Nō deest hic mol-
 lis & frigida gestatio, pictura admirabili, conspicua,
 & uice Platani illius apud Platonem, citriorum re-
 dolentium sylua, quæ ab æstuantis solis iniuria ad-
 ferere poterit (habitat enim Gbifianas ædes trans Ty-
 berim ad fluminis ripam, quibus Romæ admira-
 biliores nullæ) delectabunt & horti mira florum
 suauitate fragrantés, topiario opere spectabiles. Au-
 res suauissimo garritu mulcebunt aues, & nos da-
 bimus operam, ut lingua etiam ac palatum conque-
 ri non possint, nec labor, pro tenuitate nostra e-
 rit irritus. Hæc ipse. Nos iussa capefcimus, re-
 uertimur mane, spectamus lotium, pulsus numeros
 scrutamur, nonnulla indagamus. Hoc officio fun-
 cti in coronam sedimus, mihi que ueluti natu minori
 loquendi prouincia demandatur. Rogauimus tum,
 ipsi obijcerent prius quicquid aduersus opinionem
 meam argumentorum possent, ne frustra tempus re-
 petendo tereretur. DIA. Paucissimis me expediã. à me
 dicorum consuetudine ne latum unguem discedere uo-
 lo. Balnea non sunt in usu, ego nolo esse author, scy-
 rupus ex radicibus mihi exhibendus uidetur, et electu-
 ariũ ex seminibus cõmunibus frigidis, et si necessũ erit
 post quartũdecimũ, soluere aluum, ex pharmaco dia-
 prunis, rosaceo, reubarbaro, et reliqs. Sobar. Ego asti-
 pulor opiniõĩ domini Dauli. Ant. Iã uidetes Eusebi et
 Brãcha in uos duos omnĩũ oculos eẽ cõuersos, ppe-
 tuum

Prima dia-
 uioratio dã
 edim balne-
 um,

DIALOGVS BRANCH.

tuum silentium huic controuersie hodie imponendum est, rogo tam arduam ac utilem quaestionem (ut uester mos est) scilicet non illotis manibus tractate, paucioribus quoad fieri potest, citra tamen obscuritatem, rem absoluite, reiectis fucis, bracteis, cincinnis differite. scopus sit ueritatis inuentio, et salus languentis. EVSE.

Enitar pro uirili tibi morem gerere, si quo tamen in loco lapsus fuero, ignorantiae ascribito non uoluntati. dixit, ac fixis terrae oculis cogitabundus aliquantisper permansit: deinde mira gestuum omnium compositione, doctus Eusebius hanc habuit orationem. Si amicitiae causa ueritatis leges, quibus quotus quisque est, parere in primis debet, uiolari citra notam possent, si priuatum munus publico praeponendum esset, unius tui gratia (amice Branchaleo) et ueritatis hostis euaderem, et commune bonum ne pili quidem facerem. Verum cum officium nostrum sit ueritati adesse perpetuo, intrepideque pro ea digladiari, omnibus denique posthabitis uitae aegri praesto esse, et praesertim huius, cui (quod procul hinc sit) siquid sinistri accideret, ob eius maximas uirtutes, aliasque dotes corporis, atque fortunae munera, deflerent reges, lugerent musae, omnesque boni. Argumenta obijciam quibus $\mu\iota\sigma\acute{\alpha}\lambda\alpha\varsigma$ Et balnea eliminant, quamuis non sim nescius nil me tibi $\Theta\iota\lambda\acute{\alpha}\lambda\alpha\delta\epsilon$ prestare posse gratius, ac iucundius. Si quod ex balneo subsidium expectaremus, alio deiecta illud sequeretur. Galenus. n. tertio regiminis acutorum haec uerba scripta reliquit, Scias uniuersaliter, quod

Eusebij ad
uersus bal-
nea oratio.

Primaratio
Galenus.

DIALOGVS BRANCH.

quod si balneum administratur ante corporis euacuationem, attrahet ad loca quæ sunt sub hipochondrijs materiam. & quæ sequuntur. Namq; balneum quamuis calidum, crassas materias (quales esse consueverunt, quæ illic continentur) à uentriculo, intestinis, iecoris sinu eluere non potest, tum ob distantiam, tum ob lentorem atq; crassitiam. ab alui uero solutione nõ expedit. prodest igitur nunquam. nulla. n. per artem tam exquisita euacuatio fieri potest, quin uirtutis sequatur deiectio. debili uero existente uirtute balneum esse noxium nemo ambigit. Porro post euacuationem aut natura mouet aut non. Si mouet non eget opemeticam, & si egeret alijs à balneo præsidijs siue urinam ciens, siue sudorem iuuare posset: sin minus aut propria imbecillitas in causa est, aut humoris ipsius ineptitudo. quodcunq; istorum fuerit balneum fieri prohibet. Huc accedit quod omne potestate frigidum uirtuti est inimicum, calori. n. naturali aduersatur, contrariando, deijcitur, extinguatur, mors sequitur. & ut multa simul argumenta conglomeremus, carnis obstruit poros, cutisq; exhalare humorem non permittit. audi Galenum tertio de sanitate tuenda. Sanè cogit clauditq; tum frigida, tum feruens aqua, hoc ne ipse quidem cædipus soluere posset. causa erga morbi intus detinet, seruat, cuius & ars & natura nil aliud querunt quam interitum. ad hoc facinoris perpetrandum complex fit & ipsa humiditas. hæc enim claudit, obstruit, atque obturat, cum sit crassitie. ueluti

Secunda ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Galenus 6 de tuenda sanitate

ueluti parens. at enim uero ueluti nõ contenta hoc dã
 no, aliud parit nõ minus malũ. putredinem auget. om
Quinta ra ne enim humidũ (si Ioanni Mesuæ, Auicennæ, Galeno,
tio. Aristoteli & metorcon, si ipsi sensui creditur) est ma
 xime putrefactioni obnoxium. Fructus enim quo humi
 diores, eo facilius putrescunt. aquæ gutta si in uulnus
 ceciderit, continuo in saniem conuertitur. aquam esse
 humidissimã pariter ac frigidam, quis est qui nesciat.
Sexta ratio quicquid uerò auget putredinem putrida febre lan
 guëtibus pestilens est. Nunc ad ea ueniamus incommo
 da, ad quæ quatenus est actu calida detrudit. Intendit
 febrem (quæ aliud non est quam calor) accensa uisce
 ra magis inflammat, ipsaq; bilis ignescit. Etenim fri
 gidum quandiu est energia calidum, calfacit: aer dũ
 aquarius annum infrigidat, frigidus est: dum cancer e
 stuat, calfacit & ipse quod ambit. Constant hæc au
 thore sensu. Nec desinamus Galenum ad partes addu
 cere: qui decimo Therapeutices scribit, Quicumq; hecti
Galenus. ca febre laborant, atq; ex ijs precipuè, qui iam mara
 smode febriunt, modo ijs alia nulla febris nec ex pu
 trescẽte humore nec ex flegmone sit adiũcta, eos om
 nes audacter lauabis. Ergo si ex putrescente humore
Septima ra fuerit, lauare non expedit. Colligitur hoc necessariò
tio. ipsius exceptionis natura, quã negatio perpetuo comi
Cõfirmatio tatur. Ad hanc sententiam alludit et illa quæ primo ad
Galenus. Glauconẽ legitur, At qui ex multitudine laborat, non
 ita illis mēbra quã plurimũ fricare oportet, calfacere
 atq; alligare, à uino uerò et cibis abstinendũ, et balne

DIALOGVS BRANCH.

is etiã si febricitauerint. Hippocrates tertio regiminis Hippocras
 acutorũ de balneo loquẽs secundũ antiquã tralationẽ tes.
 Quãdoq; est rectius ut minuatur usus eius: & quæ se Auicenna,
 quuntur. Non contemnendus Auicenna, secunda primi
 nocumenta balnei sic colligit. Facit inquit superflui-
 tates ad membra in quibus est debilitas leuiter descẽ-
 dere: & laxat corpus & impedit neruos, & resol-
 uit calorem innatum, & commedendi desiderium de-
 iicit, & coeundi debilitat uirtutem. Tertia eiusdẽ sub-
 dit, Hęc eius impedimenta sunt, debilitare cor si mul-
 tum morati fuerint: & facere syncopen & nauisẽ, et
 humores quietos mouere, et eos ad putrefactionẽ præ-
 parare, et cum eis ad mēbrorũ nobiliũ receptacula
 declinare: ergo ab eis accidunt apostemata in occulto
 mēbrorũ et in superficie. hęc ibi. Particulatim uerò lo-
 quẽs de balneo prima 4. de cura nothæ tertianæ pro-
 hibitũ est, insit, in ea balneũ: facit. n. descēdere flegma
 indigestũ, propter illud q. effũditur ad locũ putredi-
 nis et permiscet humorẽ malũ cũ putrido: et resoluit
 subtile et facit remanere crassũ. Rasis inter elasticos me-
 dicos nõ postremæ notæ uir, prorsus ẽ salubriũ medi-
 caminũ numero explodit, sic scribẽs. dico nõ uidi bala-
 neũ febricitatibus in aliqua dispositiõẽ eẽ utile: maxi-
 me tamẽ ipsa uitare cõsulo in febribus putridis q̃tũ
 possibile est. Et in diuisionibus capite de tertiana præ-
 cipit, ut in cura tertianæ medicus uino et balneo pror-
 sus interdicat. Eumq; sequuti sunt neoterici penẽ om-
 nes: Fulginas, Herculanus, Niculus, Conciliator, Mat-
 theus, Gradus, Dinus, Iacobi, Arnaldus, Sauonarola

Rasis. 16.
 continentis
 & in diuisi-
 onibus.

omnesq; huius cui quos norim. ij omnes in quaestioni-
 bus balnea laudat: postremo (ut Cōciliator & Nico-
 lus) oppositum suadent. Siquis uerò usus erat tempo-
 re Galeni, non idcirco idem nunc conducit: non enim
 (ut conciliator ait) eadem ratio corporum, non uita,
 consuetudinis, aliorumque multorum: omnium rerum
 uicissitudo est: eadem res uno tempore prodest, alio
 obest. Huc accedit, quod si renitentibus, ceteris soli
 uellemus uti & male cederet, omnes (ut sunt ad alie-
 nam iniuriam propensi) nobis culpa uerterent: atq; iu-
 rarent nos hominem necasse. Nemo compos mentis hu-
 ic se discrimini obijcere debet. Cum igitur balneum ui-
 res exhauriat sensibili caliditate, febrem uiscerumque
 aestum intendat, humiores agitet, abscessuum causa sit:
 frigiditate itidem essentiali calorem naturalem pes-
 fundet, humididitate etiam obstruat, augeatq; putre-
 dinem: cum tot tantorumq; uirorum autoritate eius
 liqueat insalubritas, quotidianoque periculo compro-
 betur, cum nobis tutius iter per cathartica sit: scyr-
 pis & cathartici utamur. Si qua ergo rationum si-
 qua autoritatum, si qua est consuetudinis uis (que
 legis dubio procul uicaria est) in nostram classem
 uir modestissime migrato, nobisque suffragatus consu-
 le marsupio, umbratilemque istam opinionem reijcitor:
 hisce interpollis Plinij manes ne laceffamus, horumq;
 peritorum senum sententiae subscribamus. Dixi. AN-
 TI. putabam Eusebi praecipuam in te uirtutem esse pe-
 etatem: ut nomen indicat ipsum, & experientia com-
 pertum

Diversis tē-
 poribus ea
 de non pro-
 desse.

Conclusio.

DIALOGVS BRANCH.

pertum habeo, esse maximam. nunc ambigo utra ma-
 ior sit, pietas an eruditio: uideris ea iecisse fundamen-
 ta opinionis tuæ, ut nullo ingenij acumine, nulla arte
 dilui possint. Certe Brächaleo, cordati hominis esse cē-
 serem, suæ assentiri sententiæ. satius enim est honeste ce-
 dere quam infeliciter certare. Vt cunque, si adhuc a-
 liter sētis, tuere audacter opinionem tuam: nos etsi æ-
 groti, attentas tamen præbere aures nō grauabimur.
 Tum nos attoniti penè atque exanimati, quò nos ue-
 teremus nesciebamus: tamē inter illos mentis anfractus
 cogitare cœpinus, utrum melius esset blande assenti-
 endo honori consulere, ueritate deserta, an pro uerita-
 te ipsa ægrotique uita & barbarissimo & blactera-
 do pugnare. Vicit pietas, cœpitque necessitas deos fa-
 cere: loca in mentem reuoco è quibus mutuari aliquid
 poteram, dispono: deinde de more hæsitans, sic effuti-
 re incipio. Oratio.

Tanta est eloquentiæ uis, tantum ualet dis-
 ferendi acumen (præsul prudentissime, uirique inte-
 gerrimi) ut nulla ferè sit tam certa & constans mens
 quin facundiæ armis capi possit. Nō ab re de Orptheo
 & Mercurio fabulata est antiquitas, & syrenarum
 cātus picatis auribus metuit Vlysses: non mentitus est
 Cicero, scribens disputate Carneade omnia fuisse am-
 bigua. etenim dum doctus Eusebius inuehitur in bal-
 nea, dum flexanima πῦθω linguā ac labra mouet, uix
 mihi ipse cōsto: & certe ni argumenta euidentissima,
 primorum medicorum authoritas atque experientia
 multos ab hinc annos oppositum demonstrassent, me

in suã dubio procul sententiã traxisset. Succurrūt & Sileni apud Platonē : quibus docemur ac admonemur in rebus humanis lōge aliud unūquodq; esse q̄ frōte polliceatur. Præsto est et antrū illud apud eūdē, in quo ligati homines uix rerū umbras prospiciebant. Latet sepe ueritas, rationibus fides nō illico adhibēda est, ad examē prius reuocare oportet. Quod si intētis, ut soletis, auribus auscultaueritis, atq; æqua lāce p̄penderitis, spero duce ac auspice paracletō spiritu cognoscetis, tātō orationē meã esse ueriorē quāto sua politior magisq; ingeniosa. ANT. Etsi interpellamus parcās rogo: fidimus amore erga nos tuo. Olfacio iam multa & noua et optima de balneis te dicturū: huiusmodi materiã exanūsim intelligere opto, et cōsulere uitæ meæ non solū inter morborū angustias cōsiliatæ, uerum etiã in trāquillo et quieto portu sanitatis quiescētī, & me exorāte, q̄ extra limites uagaris, uitio dabit nemo. At ego, Obtēperabo lubētissime, modo hi probi uiri ne succēseant. Annuere illi. Tunc sermonem prosequēs: prius q̄ ad argumenta descendā, quū quorundā testimonio uiti opus sit, uolo inter nos cōueniat Hippocratē, Galenū, et post eos Auicēnam esse irrefragabiles, et si quādo res exoptulabit, ut citemus Aristotelē: Galenū uero, excepto Hippocrate, præponi omnibus uolumus. est enim fons è quo absq; cōtrouersia hausere omnes, cuius sentētia cōcertantes Arabes suas dirimūt lites: ei aduersari aliud nō est q̄ uniuersā artē subuertere. ei tamē atq; omnibus præferendā ducimus sēsui cōcimentē rationē: non cōtēnente Paulū, Aetiū, Oribasiū, Ruf*

fū, Archigenē Andromachū, aliōsq; Græcos. ex Latinis
 Celsū, C. Felicem, Q. Scribonium, utrumq; Pliniū, di-
 co Secundū & Valerianū, Oct. Oratianū, Q. Sereū,
 & reliquos tot Arabes, tot interpretēs barbarolatinos,
 etiam uulgares ac plebeios, omnes tamen adducere
 ostentationis esset, utilitatis nullius. adde quod nec bre-
 uis ambitus nostri laconismi capere tot posset. Igitur
 ut sciamus quid sit de quo disputatur, in ipso limine
 balneum distribuimus in id quod arte concinnatur, &
 quod natura constat: hoc uero in id quod ex dulci a-
 qua, ut à natura producitur, uel ex salsa, sulfurea, alu-
 minosa, bituminosa, ferruginea, & id genus cæteris. Ar-
 te structum aut simplex aut compositum. simplex cuius
 sola energia aquæ mutata est: compositū quod aut
 plantas aliquas, floresue, aut salem, aut nitrum aut si-
 napi recipit: uel in quo hædorum, iunicum, ueruecum
 capita bulliando dissoluta sunt, quo nonnulli ad emac-
 ciatos atque consumptos instaurandos utuntur. Hoc
 Galeni temporibus fornicibus quatuor distinctum erat.
 Primus hypocaustum siue æstuarium dicebatur: Seneca
 sudatorium nuncupat, ibi sola ambientis caliditate
 sudor excitabitur. Secundus labrum siue lauacrum,
 quo calida corpus lauabatur. tertio frigida, quarto ma-
 dorem abstergebant. Hæc ex Galeno, x. Therapeutices.
 Rursus balneū hoc Galenus, 3. de sanitate tuenda scri-
 bit, scinditur in feruēs, temperatū, tepidū, frigidū. Nūc
 altius ordiendo postquam rem tibi gratam facere cog-
 noscimus, in primis disputabimus quàm utilia sint ad
 tuendam

Diuisio bal-
 neorum.

Sentētia *tuendam sanitatem, mox ad morbos curandos. Dici-*
mus igitur balneum arte paratum ex aqua potabili
ad tuendam bonam ualeitudinem esse summum præsi-
dium, siue compositum siue simplex. illud enim salubr-
 Euidētissi- *riū est, quod imminensium morborum pene omni-*
 mum argu- *um causam adimit: huiusmodi esse balneum probabi-*
 mentum. *mus. intemperiei namq; absq; materia calidæ, balneū*
medebitur sensibiliter frigidum: frigidæ calidum uirai-
te recepta camemeli, aneti, & consimilium: sicca tepi-
dum: humide calidum, salubrium adhuc plantarum
uim spirans. Istæ enim qualitates illis prorsus contrari-
antur: quæ omnes in balneo (ut inferius clarius elu-
cescet) comperiuntur. Similiter morbos declinat mate-
riales, humores absumens ac destruens qui causæ sūt,
& prohibitam transpirationem (ut aiunt) cutem rese-
rans, tollens. Plurima morborum pars euenit, aut ab a-
cribus, mordacibus, humidis ac fuliginosis excremen-
tis, aut à crudis crassisq; siue putridis siue non putri-
dis: et maximè si cutis obstructa fuerit, ac proinde ex-
crementorum exitus prohibitus. In omni enim nutrica-
tione priusq; cibis asimiletur omni ex parte, corpori
 Quomodo *q; nutriendo uniat, dum multiplex fit concoctio, nō*
 excremen- *nihil superfluere opus est: quod per diuersos meatus*
 ta genera- *natura salutis prouida excernit p̄ aluū, uesicā, os, na-*
 pulchra spe- *res, aures, oculos, ac cutim, quod postremū aut sudore*
 culatio. *fit, aut insensibiliter sensibilitertamē sordescēte cutē: q̄e*
nim nō uidet si decē dies illotus p̄māserit, dū se postea
lauat in malluio turbidā ac sordidā aquā & illuuiē.
 eijcit

eijcit natura passim seruade uita sollicita quicquid su
 perfluit sordiu ac putredinis: puru enim tactu ab im
 puro putrescit. huiusmodi igitur excrementa, impedi
 taq; exhalatio cause sunt ephemeræ, tertianaru, quo
 tidianarum, quarantarum, cephalæ, scotoniæ, apo
 plexiæ, comitialis morbi, furoris, anginæ, pleuritis, Diuersi
 catarrhi, calculi, podagræ, et id genus cæteroru. hinc morbi.
 erisipelata, œdemata, scirri, phimata, pfora, carcino
 mata, herpes, elephantiasis, quid non morborum pa
 rit disposita causa: hæc ita se habere, scio neminem ue
 strum fugere, qui in propriis istorum morborum ca
 pitibus legis, centies denique uidistis, paucas a san
 guine, innumeras a pituita, a bile excitari. Balneum
 uero recludere cutim, crudos concoquere, fuliginosos
 acresq; excire, argumento hoc euidentissimo proba
 tur. omne (licet substantia frigidum) quamdiu est tactu
 calidum, calfacit, & effectus caliditate consequentes in
 ducit, experientia liquet hoc. ambiens namq; aer idem
 subiecto est æstiuo tẽpore & hyberno: hoc tamẽ frige
 facit, poros astringit, excretionẽ prohibet, cutim ob
 durat: illo calfacit, aperit, exoluit. Ista cũ sensus testimo
 nio manifestasint, nõ ijs opus esse uidetur, que Aristote
 les, Hippocrates, Galenus, et Auicena scribunt, quoru se
 tẽtia nõ semel aut bis ista cõfirmare posse. pariter asse
 rere debemus calfacere aquã quãdiu calet, quod si q
 ceruicosus adhuc inficiari uult, is lebeti cũ maxime se
 ruet digitũ intingat, et neget si calfacit, proprij calfac
 eũ effectus sequuntur (quos Ioãnes mesue in canombus

Que sensu
 & ratione
 constat, ho
 minum au
 tho: itate cõ
 firmare nõ
 est opus.

quarto meteor. n Aristoteles, quibus trium medicorum uolumina scatent) reclusio, apertio, excretio, incisio atq; attenuatio, concoctio, exiccatio. Hæc omnia ad tactum usq; & uisum ob Diuulsum reuocare uoluimus & Sobarum. nam Eusebium eodem loco aduersus me usum esse non sum oblitus. Balneum igitur calidum obstructio nem reserat, quicquid fuliginosum, humidum atque acre est excernit, quod crudum est concoquit, idem concoctum exhaurit. auulsis ergo radicibus, quicquid inde morborum accidere poterat, ab humano corpore prohibet. Sed obijciat ingeniosus Eusebius, si crudos concoquit, cur Galenus in febribus humore existente crudo, interdicit balneo? Dicimus huiusmodi cruditate habere gradus. Galenus intelligit de maxima cruditate, quæ balnei caliditate concoqui non potest. Dignum cruditatis est hoc loco speculatione est, acerbiores succos balneo ad maturitatem deduci posse à medico tuente sanitatem, quæ febrem curante. potest enim uti intensiore caliditatis gradu, qui febricitantibus maxime contrarius est. Hæc Galenus. 3. aliena fide non egent, sed si in re tam clara testes exquiritis, audite in primis Galenū, 3. de sanitate tuenda sic scribentem, Si probe balneum adhibeas, ipsum quoque apoteraphie pars est, siquidem duras densasq; partes emollit, excrementum putre q; si quod intus ad cutem hæret, euocat. Eodemq; uolumine, Simili ratione & medicis temperamenti aquis esse lauandum, uerum fateor. Ea tamen quæ antea dixerat non omitamus. Dulcium ca'factarum aquarum si media temperie sint, uis calida &

DIALOGVS BRANCH

da & humida est: si tepidiores sint, humida & frigida: quod si iusto calidiores fient, calida quidem, sed non perinde humida. & infra. Euenit tamen ex accidente ut aut per halitum digerant humores, aut vires firmet. & quæ sequuntur. Quarto eiusdem opis. Quonia ergo duo prima sunt, quibus intentus sit oportet, qui huiusmodi medebitur affectibus, crudorum siue semicoctorum qui ante sanguinis perfectionem fuerunt, percoctio, et acrium ac mordacium qui secundi sunt & sanguine posteriores a ductio: abstinere eos conuenit ab omni ualido motu, blande uero unctos atque oleo perfrictos perquam suauiter lauare balneo, inde in ocio abstinenti aq; habere atq; etiam somno si fieri potest: minime ignorantibus nihil esse, quod æque concoquat ea quæ concoqui possunt, & malos succos per halitum digerat, sicut somnus post balneum. Cũ igitur primo die experti an facile finita lassitudo sit, similiter grauatũ hominẽ cernimus, tum mittendus in balneum secundo etiam die est: tum quiete abstinenti aq; habendus. Aequè uero & si iterum & tertio oportere uideris, itidem ieiunium lauabis, quietem ac somnum ipsis lauationibus interpones. Audire etiã ne pigeat, quid de Primigene Mitenæo quinto eiusdem lib. scriptum reliquerit. Cum de Primigene audirem, nisi lauaret, omnino febricitare, collegi ratione cum fumida excrementa gignere, quæ transpiratu emitti postularent. Ceterum cum densior cutis esset, quàm ut ea transmitti omnia sineret, collecta sub cute calorẽ excitare. Itaq; balneum huiusmodi

b iij

naturis

DE BALNEORVM VSV

naturis utilissimū esse, nō ob id solū quod humidū euo-
cet, sed etiā quod humectet, idq; dulci humore. Et infe-
rius, Quin etiā alios quosdā uidimus quibus mordax
calor erat similiter ut huic, nō tamē una intermissione
balnei febricitabant, propterea quod per sudorē ex-
crementa ijs uacuabātur. post subdit, Itaq; etiā alteri
cuidā, cui eiq; ac illi mordax calor erat, tæcti balneū

Quam uti- uno die intermittebat, contigit nō febricitare, propte-
le sit balne rea quod nec sudijs deditus erat. hęc Galenus. quā al-
um literatis ta uoce, quā sonora in sanitate seruanda balneū cele-
uiris. brate & præsertim eorū, qui interdū nō itaq; sese stu-
dij maerant. Erat enim Primigenes, ut ibi Galenus

ipse testatur, nemini peripateticorū sui tēporis secun-
dus. memini etiā tertio de sanitate tuenda legisse hęc

uerba. Nā quoniam à uigiliis & tristitia magis gra-
ciles magisq; aridi, ac minus dicto audiētes planē cer-
nuntur, siccius existimandum ijs corpus esse redditum
eiusmodi affectus partim molli frictione cum multo o-
leo, partim temperato balneo sanatur &c. Cresceret
in immensū oratio si omnia loca recēdere uelle, quibus
quā salutaria sint seruandę incolumitati affirmant.

Gal. x. Te ea tantum adducamus, quę quasi anacephalosim fa-
rap. ciens, decimo terapeutices expressit, Si quis balneū in-
gressus non inhorruit, sed remissa est illi laxataq; cū

Ex tempe- tus, huic sanē necessariō prædicta succedent, excremē-
rato balneo torum uacuatio, equalis per omne corpus calor, ex-
quę succe- iguorū meatuū rari, rictio, densatorū fusio, et reliqua
dant. Inferius hęc itaq; ex omnibus quę de balneis retulimus,

una

una summa colligitur, quod uacuatur quidē quicquid in corpore uel fuliginosū uel humidū fuit. Cōsistūt uero in naturali symmetria tum caro tū ipsa cutis, solidarū partū ariditas corrigitur, et calor nō modo is qui ex lauacro accessit, uerum etiam qui prius fuit ex frigide usu sūmouetur. Eiusdem libri. xij. uolumine inquit. Plethora, hoc est, plenitudo tum sanguinis missione tū frequēti balneo curatur. Ei succinit interpres Auicenna secunda primi scribens, Iuuamenta balnei sunt somnum facere, aperire, abradere, resoluerē, digerere, et nutrimentum ad cutis superficiem attrahere. Et alio capite, Est etiā cum balneum resolutione calfacit, et cū inuenit nutrimentū quod nō fuit digestū, aut inuenit humorē frigidū qui nō fuit maturatus, illū digerit, et hūc maturat. et alibi, Qui sanitatē uult cōseruare, balneū debet ingredi postquā cōcoctū est quod est in uētriculo et hepate. Hippocrat. 2. de ratione uictus, scribit, Dulcis aqua madefacit ac refrigerat, corpus enim humidū facit. et inde. Calida balnea ieiunum emaciant ac refrigerant, nam calorē de corpore et humiditatē trahūt. caro autem humido uacua corpus refrigerat: saturum uero calfaciunt et madefaciunt, et quae superant in maiorem cumulum diffundūt. contra frigida uacuum corpus calfaciunt, et aliquatenus frigefaciūt, saturū uero siccāt, quodq; est frigidū siccitate complent. Non lauari uero nec ungi humido consumpto siccāt. Hęc sunt noua illa remedia, quae supra mille et quadringentos, immo

Epilogusef
sectuum
quos balne
um inducit.

xij.tera.

Auicenna.

Hippocra

tes.

Balneorum

affectus.

Non lauari

quid sequa

tur.

Antonini
thermae.

duo milia ab hinc annos in maxima celebritate & usu frequentissimo fuerunt. Sed ijs inauditis, nonne solo hoc argumento moueri debent, qui Romæ degunt? quotidie uidēt Antonini Caesaris aliorūq; thermas, perinde ac unū ex septē orbis spectaculis, tanto sumptu, tanto labore ædificatas, uectis ab ultimis penē orbis regionibus immensis columnis, ut adhuc montes ex quibus erutæ fuerunt, de Romana potentia conqueri uideantur, & mare gemere, quod tam graue ipsum presserit onus. Num arbitrandum, ob delicias ac uoluptates, frug. sapiētissimūq; imperatorem, cuius tēpore Galenus ipse Romæ florebat, tantum pecunie erogasse, tantum studij ac laboris impendisse, quē prōptissimum ad curam corporis. *de sani. tuenda Gal.*

Antoninum statur his uerbis. Antoninus enim imperatorū, quos ipse Augustum si uidimus, promptissimus ad curā corporis uenit. Et sanitatis studiū si hæc coniectura non mouet, moueat hæc altera, quod diosū fuisse ipse, ipse inquit Gal. quotidie lauabatur. ut Pliniū, ac Galenus ipse Caesares, Homericos proceres, Callimachi Pallada, se quotidie innumerabileque illustres ac magnos uiros tace se lauabat. *am QΛολδδδδδδ*, qui ad centesimum usque annum peruenierunt. hæc insuper ibidē leguntur, Ergo quod ipse facere consueui diebus ijs, quibus uel propter infirmos uisitandos, uel ciuilia negocia, putauit me serius ad balneum accessurum, dicere non grauabor. *et. x.* Therapeutices. Quippe simile quiddā nobis accidere uidetur, cum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei quod ferro accidit cum tingitur & reliqua.

At

DIALOGVS BRANCH.

At memoratu dignum est quod subdit: Atque huius
 rei causa ad imbecilla corpora inuenta sunt balnea, Balnea ad
 quæ ea præcalfaciant, atque ad frigidum solium præ imbecilla
 parent. Non dissimile quidam faciunt, qui sine bal- corpora s
 neo frigida utuntur, cum scilicet se ab exercitatione in se inuenta
 eam saltu demittunt: siquidem cuiusmodi nobis est bal- Exercita
 neum, eiusmodi est illis exercitatio, & quæ sequuntur. tio balnei
 Nemo igitur ambigat ad seruandam sanitatem balne- uicaria.
 um docta adhibitum manu saluberrimum esse præsi-
 dium. Nec minor eius est uis ad morbos curandos, tū
 eos qui mēbratim affligūt, tum eos qui uniuerso cor Galenus.
 pori noxam inferunt. Galenus in Cephalalgijis consu-
 git ad balneum. Hippocrates tertio regiminis acuto- Hippocra
 rum, balneo lateris dolorem sedat, peripneumonicos tes.
 curat, quod screatu educendum est maturat, facilem
 anhelitū reddit, & sedat dolorem, lenit iuncturas, Diuersorū
 cutim humectat, lotium cit, capitis grauedinem adi- morborum
 mit, & nares emollit. Hæc omnia enarrans Galenus cura per
 cōfirmat ac probat. idēque Auicenna, Io. Mesue ad balnea.
 fluxum uentris, balneum ad cælum efferunt. omnes in
 ephemeris febribus commune præsidium balneum ef-
 se conueniunt. Scatet balneis totus Therapeutices octa
 uis liber. memento illic q̄ honeste duos illos medi-
 cos solam mediam præcipientes, deluserit, ipse bis in
 die ægrorum lauans. Recordemur quam acriter de-
 cimo uolumine Philippum, & quicumque (pace uestra
 dixerim) uoluerint esse Phllippo similes, balnea dam-
 natem increpet. Videtur (inquit) Philippus ignora-

DE BALNEORVM VSV

re q̄ salubris res balneū sit, et quæ sequuntur. Hæcticas uero febres nemo est tā barbarè ac prauè institutus ex ijs qui aliqd̄ literarū monumētis mādarunt, quin balneis curet. Vnde ergo irrepsit iste ueternus, ne furorē dixerim, medicorū cerebro, ut balnea ab ægorū domibus prorsus expulerint, nec uti aliquo pacto uelint hoc dicere non erubescā, aliud nō esse in causa, ut tā pauca hac tēpestate hæctica curentur, q̄ balneorū neglectū. Solis enim lacte & t̄studinis carne, quæ ambo calida sunt, extinguere febrem contendunt. Etenim citra auctoritatem quid respondebimus, rebus & naturæ sic argumentantibus. Ephemera & hæctica simplices calores sunt. frigida igitur perpetuò remedium erit, si uerum est quod omnis cura fiat per contrarium. Ait enim Galenus xi. Therapeutices, Quippe ipsius frigida pota perpetuo est remedium: & decimo, Ac siquidem omnia curiose administrabuntur, tum quo ad balneum, tum quod nutrimenta spectat, utiq; sanandi eum quem marasmus consumit, spes est. Et octauo ex Hippocrate, febris omnis præter naturam est, ideoq; uictus rationem humidam frigidamq; exigit. Si quando igitur uariatur, non ratione febris illud fit, sed cause: sed de his hæctenus. Ad putridas nunc febres descendamus, et ne inanibus fabellis uos detineam, de balneo in huiusmodi morbis sic sctimus. Afflictis febre putrida balnea temperata ex aqua dulci arte adhibita prosunt. Si gullatim uero discurrendo dicimus. In exquisitis tertianis (& si raro accidunt) balneo utiq; uel inter initia

Prima sententia

Secunda.

tia

tia expedit. In nothis impurisue, non admodum turgen
 te corpore, simulac concoctionis notæ apparuerint. Tertia.
 Si maxima plethora fuerit deiecta aluo, in ijs tamen Quarta.
 omnibus uirtutis, & eorum quæ uirtuti ancillantur, Hallucinari
 assensum postulo, ipsarumq; insuper rerum, quas non medicorum
 naturales uocant. Ex his infero eos, qui solis scirupis uulgis ac
 & catharticis has febres curare uolunt, exorbitare plebem, qui
 nimium, atq; abuti arte. Istarum primam dilucidam fa solis potio=
 cinus hoc modo. De febre putrida in commune & nibus omnes
 qua putrida est, xi. Therapeutices Galenus accuratissi putridas cu
 me diseruit. testis est ipse autor in principio libri sic rant.
 scribens. Febrium quas putrescens accendit humor, Galenus.
 primæ & cetera. Nunc unco contentus formo hoc e=
 picherema. Illud remedium in putridis febribus salu=
 berrimum est, quod febrilem calorem extinguit, & Euidenti=si
 causam multifariam contrariando adimit, huius= mum argu
 modi balneum est, igitur saluberrimum. Prima ante= mentum.
 cedentis pars apud eos qui oculis non carent & ma
 nibus, probatione non eget: uerum pro his qui solo u=
 tuntur auditu, citemus Galenum illic ita nos docen=
 tem, Quisquis propositam sanaturus est febrem, hic Galenus.
 simul causam eius adimat oportet, & calorem qui
 ab ea excitatus est refrigeret. hæc ibi. Sed obse=
 cro uos per Christianam pietatem, deposito omni
 affectu, attentis auribus accipite, quæ decimo eius=
 dem absolutissimi operis scripsit, Hæc igitur causa est,
 cur uulgo medicorū ignotū sit, et quod febriū omniū,
 quæ febres sunt, proprium remediū refrigeratio sit. si=
 uc

ue catalis actu sit, siue potestate. Et quod ali a multa ex accidenti febrem refrigerantia, sunt remedia, de quibus & dictum non nihil in præcedentibus est, & in sequentibus dicitur. Quædam namque complicatam quodammodo duplicemque facultatem habent, ita ut & prima ratione (seu maius per se) proficiant & ex accidenti: quod genus balneum est, liquet igitur febrem, qua ratione febris est, balneo curari. Ergo & materia exquisitæ tertianæ, imò colera quatenus talis, eodē medicamine abolebitur. est enim febrī consimilium qualitatum ac naturæ. At similiū cura similis est. Obijcies, materiam excernendam esse, quod febrī non contingit. Respondemus temperata caliditate balnei (ut superius demonstratum est) aptissime & citra impediēt euacuari. nullus enim humor facilius per cutim expungitur quàm bilis. Namque humorum omnium tenuissimum est, sua pteque natura à centro ad circumferentiam expanditur, igni in argumento microcosmo similis. Quocirca ad educendam bilem duplici pro conuenientissima regio est cutis: argumento sunt naturæ motus cum particulares, tum communes. Videre licet tertianarū paroxismos semper fermè sudore terminari, ait Auicenna à Galenicis thesauris mutuatus, cum uideris paroxisimum incipere cum rigore, et terminari cum sudore, scito esse tertianam communem, id est crisi ipsam frequentius fieri per sudorem quàm per quoduis aliud euacuationis genus. Nec in uerè exquisitis, puris ac legitimis tertianis humoris concoctio expectanda

expectanda est, ut in alijs. crassities enim & tenacitas humorum, qualitates illæ sunt, quæ impediunt quò minus per cutaneos meatus excerni possint. concoctio uero bilem crassam reddit ac lentam, ergo ad huiusmodi excretionem magis ineptam. Porro superius Galenus docuit balneo quicquid acre, humidum, fuliginosum ex pirare, huiusmodi bilis ipsa est. Quid plura? audimus, uidemus, tangimus quanto quippiam acutius, quanto tenuius est, tanto exire per angustos meatus facilius. Vnde Glauconē suum priori libro sic alloquitur. Balnea uerò ex aqua potabili profunt, tū quia aliquid bilis educunt, tum quia qualitate sua plurimū iuuant: nam huiusmodi balnea humectant ac potentia refrigerant. & subdit, Atqui balneis admodum delectantur, si bis in die laueris non deliqueris. In ijs nulla de cōcoctione mentio fit. postea sequitur, Si uerò cōcoctionis signa apparuerint, si sepius laueris, non errabis. Ergo superius intelligit sine concoctione. Confirmant quæ dicit in cura nothæ proximo capite, scilicet, Neq; statim circa initia balneare expedit, sed cū primum coctiois signa apparuerint: perinde ac diceret non est utile uelut in exquisita, in hac, corpus cum febris incipit, abluere. Certe aliam ob causā dicere Galenus ista non potest, nisi ut quo interstitio nothæ ab exquisitæ cura discrepet, doceat. Ecquēnā alia differentia esse potest quā hæc? Formo igitur hoc argumentū. Aliquo tēpore balneum conuenit in legitima, quo nocet in nothæ, si enim eodē tēpore tūc utriusque

itia abluere

re confert.

Primum ar

gumentum.

Galenus.

Secundum

argumentū

Tertium.

Galenus.

Quartum.

Idem.

Enarratio

uerborum

Galen.

materia

materia esset pariter disposita, proindeq; eiusdē qua-
 litatis. in spuria uero post signa cōcoctionis utile est,
 in exquisitio ergo & post tales notas, & antea. Omnis
 huiusmodi ratio tēporis ab humoris ipsius aptitudine
Tertianarū sumitur, quæ à crassitie, tenuitate, tenacitate, atq; fluxi-
distinctio bilitate proficiscitur. Habet tamen quemadmodū & a
per gradus liæ res, pura tertiana suos gradus, ut una pura, alia
 purior, alia purissima nominari possit. ultima inuētura
Solutio taci rissima est, de qua nos loquimur, et si quādo accidit, so-
ta obiectio lius potu frigide & dulcis aquæ balneo curatur. Aut
nis cenna uerò cum prima quarti, cap. de cura tertianæ
 pure precipit, ut nō nisi post cōcoctionē lauemus, de
 pura loquitur, tum quia frequētiōr, tū quia minus hoc
 modo errabimus. Ego quidem si quid duodecim annis
 quibus artē exercui medicā, omni adhibita diligentia
 obseruare potui, uix quatuor puriores tertianas offē-
 di, tantū abest ut purissimas. Sed ad medicorū Home-
 rum reuertamur, xi. de morbis curādis. Itaq; tum maxi-
 me eos (id est putrida febrientes) cum fiducia, uel in
 balneo lauamus, uel ijs quæ habitū rarefaciunt medi-
 camētis utimur, uel aquā frigidā uel uinū ad bibendū
 damus, cum notas humoris cōcoctiōis cernimus: &
Galenus. infra, Si mediocris est febris, & uires non ualide, sed
 cum notis cōcoctiōis, his qui ita se habent, balneum
Galenus ali prodest. inferius, Quare in cura istarum februm quo
is remedijs ad licet agendū, ut quæ minus calfaciat, materia deli-
balneū præ gatur, aut si qua inueniri potest, quæ non calfaciat,
fert. (quemadmodum in hoc casu balneum) utiq; ea est pe-
 tendā

DIALOGVS BRANCH.

tenda. Hisce subdit hæc, Si horror loti non acciderit, Galenus.
 nullumq; primæ notæ uiscus sit imbecillum, quodue Balneõ quæ
 multitudo crudi humoris in primis uenis non contine prohibeant
 atur, ex balneis duo hæc ægro compendia accedent, Balnei com
 & quod redundantie humorum aliquid uacuabitur, moda.
 & quod multum febrilis caloris transpirabit. Paucis
 q; interiectis, Quippe balneum totum corpus euacuat
 tum quod humidum est ac fuliginosum digerit. Vteri
 us, In progressu tamen morbi (& loquitur de quacun
 q; putrida) quo tempore absumpta iam superuacua In nothi et
 sunt, et tã cruda tã putrescentia concocta, et catapla in qualibet
 smatis relaxantibus et balneis intrepide utare. Quid putrida cõ
 de his uobis uidetur grauissimi patres? aut à Ga- concocta mate
 leno deficere opus est, aut confiteri in febre putrida ria prodes
 certis temporibus ac dispositionibus nihil esse æque se balneum,
 salubre ac balneum. Sed iam satis superq; hominum au
 toritatibus immorati sumus, suauissimo speculationis ne Ratio.
 Etare nunc reficiamus animum. Si qui d obstaret quo Concoctio
 minus balneum conferret in putridis febribus, esset hu quid faciat.
 moris ineptitudo, at concocta materia non est inepta,
 impedit ergo nihil. Concoctio enim cum putredinem
 inhibet, tum eas qualitates remouet, quæ exitui impe- Non neces
 dimento sunt. namq; quod humidum est ac tenue cras- est materiã
 sũ reddit, quod crasũ ac lëtum, liquat diffecatq; proim esse perfe
 deq; disponit ad euacuationẽ. Nec op9 esse opinor om cte cõcoctã
 nimoda cõcoctione (ut probus quidã senex in cura Car Primum ar
 dinalis Barësis cõtra nos argumëtabatur) Quẽadmo gumentum.
 dã enim nec natura, nec medici errãt, quãdo semicoctã
 materiam

materiam passim atq; suauiter educunt, illa crissim in
 plures uices distributam faciens, hic materiam münē
 tes, sic nec balneo delinquemus, si ad cutem tenden-
 tem exceperimus. Obiter hoc dicere audeo, uix semel
 uidisse catharticum tribui indicijs apparentibus per-
Secundum. fectæ concoctionis. Porro (ut reuera scere bono omi-
 ne incipiamus, Galeni propositio indefinita est, quæ æ
 quiualeat particulari. Cū enim ait signis concoctionis
Tertium apparētibus, nec omnibus signis dicit, nec perfectæ cō-
 coctionis. Porro eo tēpore educere eam portionē po-
 test, quæ prima est, à qua febris ipsa dependet, bilem
Quartum. dico. Ad hæc accedit, quod cum uim habeat cōcoquē
 di, poterit semicoctum humorem concoquere. Si hunc
Balneum cō enim non potest, nec aliquem alium. cum ergo medio
coquit semi criter coctum digerat, & digestum euacuet, quid dici
crudum. salubrius aut existimari potest? isti duo termini circa
 materiam putridæ attingendi sunt, cōcoctio & euacu-
 atio. Nec nos adeo rudes sumus, ut arbitremur quan-
Solutio ta- cunq; cruditatem posse concoquere, atque humorum
cita obiecti quamlibet quantitatem educere. scimus ex philosophi
onis & sacrarijs, effectum non sequi, nisi ex iusta proportio-
 ne uirium causarum suarum. Romanam arcem pug-
Theorema nis aut lapidibus iactis, dirui non posse, quis est qui ne-
 sciat? nutantē uero ac labantē bōbardarū ineptu uio-
 lētiq; nō admodū difficile. sic mediocriter dispositum
 humorem, nec nimium, balneo ad promptitudinem de-
 ducere, atq; euacuare rationi consentaneum. Nos mor-
 bi Gallici materiam incisam ac dissolutam uirtute bal-
 net

DIALOGVS BRANCH.

nei uidimus, quæ adeo rebellis, pertinax atq; indomita est, ut perpetuos morbos, saxeaq; tubercula (ut in creasæpius apparent) parere consuevit. Et si non tam forte id eligã ad tertianã, quod proportionere spõdeat, adde q; si eadẽ decoxero, qbus illi suos cõficiũt scirupos, digerã extrinsecus ut illi faciũt intrinsecus. Et cũ materia post cutim latet, lõge aptius et elegãtius, caliditatq; intensa, & uim digerendi augebo. effectus enim cause respondent suæ. Balneum igitur ex aqua potabili quo decet ingenio, & coniectura adhibitum, quod paratum est materiae excernet, quod semicoctum concoquet. Eadem qualitate cutim recludet, ut preconio autorum nostrorum superius constitit. Aridam calidamq; intemperiem, siue primorum uiscerũ, siue totius corporis, ad suam harmoniam reuocabit genuinis natiuisq; qualitatibus. Causas ergo omnes putridæ febris detruncat, tres enim esse non oscitanter è Galenico penu. de prompsimus, scilicet, omiſſis procatarticis, impeditam transpirationem, intemperiem, & putridum humorem. Horũ unicuiq; contrariari balneum abunde probatum arbitror. ex quibus omnibus propositum à nobis epichere ma, imo epistemonicum syllogismum, acri iudicio uiris, scilicet balneum febrilem calorem extinguere, & causas rescindere, sic (ut opinor) constat, ut si quis negaret, parmularius esset (quemadmodum apud Fabium orator ille) rationi deniq; ac sensui repugnaret. Si uerò plethora (uti diximus) nimia fuerit, pharmaco prius purgandum censemus, non enim à balneo ultra

Balneo materia morbi Gallici dēgeri & euacuari.

Recludit poros.

Tres causas putridarũ febrium.

DE BALNEORVM VSV

nires expetere debemus. Quoquomodo se habeat, mollem clysterem semper præponendum affirmamus, quãdo alui excrementa, & quæ proxima illis, & loco et crassitie ad excretionem balneo faciendã inepta sunt.

Conclusio.

Cum igitur in hac tertiana febre non modo concoctionis apparuerint signa, sed cum clystere, tum pharmaco deiectionis auluis sit, eductisq; uentriculo & intestinis, proximioribusq; uisceribus, excrementis atq; humoribus, secundum cutim conditæ materiæ remanserint, naturaq; expungere illas sudore gestiãt, transpiratio impedita sit refrigeratio maxime necessaria, tum ob febre tum ob intemperiem, etas florens sit, tempus anni calidum, nullum ex proceribus uiscerum adeo intebecillum, ut fieri hoc prohibeat, balneum præ cæteris remedijs præsentissimam feret opem, pharmacum uero maxime noxium ac perniciosum. Quid enim est quod uentriculo, iecinori, capiti, cordi magis officiat q̃ huiusmodi medicinae, si mera toxica, medicamina nuncupari possunt? Iam in adagium uenit, medicinam quãlibet naturam sapere ueneni. Prædicant hoc ueteres, recentiores non discrepant, sensus & ratio confirmat. Humores nature per sudorem excernenti à circumferentia reuocans ad centrũ impedimẽto est, calidã intemperiem auget. Dumq; è longinquis corporis partibus attrahit, nonnihil bonorum qui in propinquioribus sunt, educat oportet. Porro si humores diuersi sũt, si loca deniq; diuersa, qui fieri potest, ut idem euacuationis genus semper conueniens sit? Nec pharmaca dam-

Pharmacorum detestatio.

namus

DIALOGVS BRANCH.

namus (alioqui utilissima) sed hanc perniciosā frequē-
 tiam, tumultum istum (pace omnium dixerim) abusum
 medicaminum. Video passim reiectis alijs, siue per in-
 curiam omisis ad ea omnes, quos norim, medicos con-
 uersos. Memini in egrotum incidisse qui uiginti dierū
 spacio, quinque medicorum impulsu, cathartica uo-
 trauerat: quod ferreum, quod Adamantinum corpus
 tanta non succubere uiolētia potuisset? Certe uere-
 or, & doleo quam maxime, ne plures necauerint
 pharmaca q̄ gula & gladius. & citra cōtrouersiam,
 existimo, inter alias huius temporis calamitates, hanc es-
 se uel in primis cōnumerandam. O abusum maximum,
 o cōmunem perniciem, execrabilem pestem, lōge ipsis
 febris peiorem. Testis est ipse humanarum mentium
 conditor & afflator Opt. Max. Deus, non oblatrandi,
 non lancinandi causa inuehi in ψυδ' οὐκ ἔστι, sed o-
 rationem meam à cādore atq; pietate totam proficisci.
 Quis non stomacharetur uidere quosdam sic se ad ca-
 thartica contulisse, dēdidisse, ut nec Ponthus & Biti-
 nia uniuersusque Oriens radices barbarā, Casia,
 & Scamonei sufficientē subministrare quantitatem pos-
 sint? Excanduit animus, dum ista recordor, nec intra li-
 mites me cōtinere possum. ad seria reuertor, de his ali-
 as fusiū diciturus. Igitur si humanae uitae hostis phar-
 macū est, si uenenū, usq; adeo ut paululū modū excedēs & cōpara-
 necet, aut ad suprema pericula deducat: Aqua corpo-
 tio cum bal-
 neus nostris familiarissima, amicissima, ut uel terminos neo.
 egrediēs, nocumentū uix sentiamus. Insuetū illud, hęc
 e ij inconsuetis

DE BALNEORVM VSV.

inconsuetis etiam cōsuetis magis, illud ingreditur, hæc forinsecus alterat, illud simulac haustum est corrigi non potest, hæc si obeſcet, quod ex rigore cognoscitur, citra impendium amouetur. qualitas illius, excepto ueneno, inuempriem auget, febrem intendit: hæc uerò et temperat, et febrem frigiditate sua extinguit. illud naturam mox à sudore, sanitate potiturâ, impedit: hæc sic proficiſcētē adiuuat calfactâ. Galenus semel aut

Homines as bis illud in febribus nominat atq; laudat hæc uniuersuetos longe sa methodus atq; curandi ars ſciant. sed quid opus plus aquæ est eam laudare, cuius beneficium nemo non ſentit? quàm phar quæ neceſſitate, ſi manum ſubtraheret, laudari cogemacis.

ret? hæc nos pia parens uagientes excipit, ſordentes abluit, fetorem remouet, uix nati ea aſueſcimus, mane ac ueſpere bibimus, carnes elixamus, ſercula para-

Thales Milesius. mus. quid plura? ſi aqua humanum corpus magna ex parte cōſtat. Thales Milesius, unus ex ſeptē illis græcie ſapientibus, aquam principium rerum naturalium eſſe dixit. non ab re plerique aquam nominari putauerunt, quod ea uiuamus. quando citra ſuam opem ne unum quidem diem uiuere poſſimus. Quid igitur familiarius? quod à teneris unguiculis nos comitatur, naſcentes non debilitat timemus adulti? Galenus pro-

Galenus. pter imbecilla corpora balnea inuenta ſcribit, et nos quauis debilitate territi balnea exploſimus? Ipſe maraſmode, hectica laborantes uelut ultimo præſidio, balneis curat, et nos decimo tertianæ die, uix ſemel deiecta aluo, in corpore cuius tota debilitas à graua mine

DIALOGVS BRANCH.

mine dependet, amicam uim balnei metuimus. cur ista debilitas non deterret potius ab exhibendo pharmaco, quod longe maius requirit uirtutis robur? Cur etiam cruditas, cum non minus requiratur ad soluendam aluum cōcoctio? manifesta hæc sunt & ante oculos posita, aut negare Galenum, Græcosq; omnes, ipsumq; Aristotelem, qui in metaphysicis alijsq; locis explicans quod modis sanum dicatur, balneum semper ponit, ut missa faciam quæ in encyclicis leguntur questionibus, rationem deniq; ac sensum: aut nostra confirmari oportet. Cæterum obiectiones eruditissimi Eusebii (bona ipsius pace) confutandæ diluendæq; sunt, & si ex superioribus, ad fontes eos dignum intenderimus, è quibus omnis huiusmodi ratio hauriri potest. Nec adeo lipus sum, quin uiderim alienam personam sumpsisse Eusebium, dissimulasse quis nescit Glauconem Platonicum, Ciceronianum Antonium in Oratore, & dum eloquentiam damnat, acerrimum eloquentiæ assertorem Ioannem Picum, sapienter imitari uoluisse. Seruata itaq; serie respōdemus. Primæ ratiocinationis uis erat, post alui deiectionem ob uirtutis qui sequebatur defectum, balneum fugiendum esse. Nos liquido monstrauimus non semper medicamine subduxisse aluum oportere. ubi tamen præcedere debet (uti frequētius euenit) si ad artis sigillum paratum fuerit, naturæ gaudium ac quies tantum abest, ut imbecillitas casusq; sequantur. Et si quid eueniret imbecillitatis, nō idcirco detestanda illico balnea sunt. Maxima enim debilitas ea est quæ impe-

c iij dit

Oppositorum locorum dilutio.

dit ablutionem, ac multo magis uentris solutionem. Præclara sententia Galeni est ad hoc spectans xi. curandi methodi hæc scribentis, Si uero nec cōcoctionis habet signa, nec uirtutem ualidam. seruari is plane nō potest, quominus aut idem lauandus in balneo sit, aut medicamentis ijs que rarefaciant, ungendus, aut uinū illi dandum, frigidæque offerenda. in quo enim nūmo desperata salus est, imprudentis consilij fuerit, apud uulgū infamare præsidia que multis fuisse salutem. etc. Cumq; natura ad cutim pellit, nihil tam expedite succurrit ut balneum. nec illud perpetuò uerum, materiæ cruditatē, aut propriam debilitatē in causa esse, quominus natura manum conferat. si enim hoc esset, nunquam transactis eius statis (ut sic dixerim) horis, igna uæ ac desidis, curanti medico supplendæ uices essent cōtra cōmune illud iactatumq; dogma. Si natura nō mouerit, moxetū. sepe enim non impetit aut quia non irritata est, aut siderum non fauet aspectus, uel quia alijs intenta est, uel largiore dietetice impedita, uti sæpe uidimus, aliasq; ob causas. Satius, ut Plinius inquit, nature in hoc uoluntatem querere, quam rationem. Quod tertio loco iecerat fundamentum, tale est, ut superstrui nihil possit. namq; quod potestate frigidū est, dum febrilis coercet caloris excessum, nature amicissimum est, et si in genitū sibi esset obstruere, quæ tamē actu calet, dissecat ac aperit. Gal. 6. de tuē. san. de frigida atq; feruente loquitur, nos uero de mediocri ac tēpata. illarū. n. altera innata ui, accidētē altera strin-

Plinius li.
pro. 35.
Tertie.

DIALOGVS BRANCH

gnt dēfatq;. Eadē est et humiditatis ratio, quæ dū sicci *Quartæ*
 tati, infesto calori annexæ, repugnat, caliditate aduen- *Quintæ*
 titia atq; accidentaria ipsius aque, putredinem augē- *Naturæ sag-*
 ri prohibente, salutaris admodum esse periculo depre- *gacitas,*
 henditur. Nec finit prudens ac sagax natura oblato cō-
 trariarum uirtutum remedio, morbum illud in suum
 commodum uertere. ipsa uelut mente prædita distribu-
 it, contraria contrarijs opponit, secus frustra simpli-
 cia componerentur, si temerè unumquodq; nulloq; na-
 turæ regimine operaretur. Cuius uel hoc solo, admira-
 bile ingenium, atq; curam uidere licet, quod incisa ue- *Sextæ*
 na is primo sanguis exeat, qui ater quique crassior est, *Septimæ*
 ad fluxumq; ineptior. Nec tēperatus calor mali quip-
 piam perpetrat. Galenus eos non lauandos docet pu- *Ex quo no-*
 trida febrientes, quorum aut turgēt corpus, aut notæ *documenta se-*
 concoctionis non apparent. Nocuenta quæ Hippo- *quantur.*
 crates, Auicenna, & Galenus etiam ipse enumerant,
 omnia sequuntur ex intemperato balneo, absque arte, *Dignum*
 temere adhibito. Quid est tam bonū quod temeritas et *memoria,*
 ignorantia non reddāt pessimū? forma, diuitiæ, uires
 faciūdia abutētī pnciosissimæ sūt. At mala existimāda
 non sunt (ut Fabius inquit) quibus bene uti licet.
 Balnea, uina, Venus, corrūpunt corpora nostra,
 Atque eadem faciunt balnea, uina, Venus, *Auicēnam*
 Non tot formulas abluendi, non tot præcepta tradidit *prima quar-*
 sent, si quā maxime utilia non putassent. In tertianæ *ti, balnea*
 nothæ cura non absolute prohibet Auicenna balneum *nō dānasse.*
 sed non concocta diminutāq; materia. Argumētō sunt
 c iij uerba

uerba quæ subdit. ait enim, rationem reddens qua balneo interdicit, Namque balneum facit descēdere flegma indigestum, propter illud quod effunditur ad locū putredinis, & permiscet humorem malum cum putrido, & resoluit subtile & facit remanere crassum. hæc ipse. Igitur si humor concoctus fuerit minutusq; absurda isthæc non sequentur, quando ex cruditate & multitudine eueniant omnia. Auicennæ consilium est, in notha serius lauandū esse, quàm in legitima, cum eius materia perucator duriorq; sit. At uero quid respondeam Rasi eiusq; asseclis, nescio. Pudet dicere

Contra Ra in hac arena euidentissime lapsū fuisse, secūq; barbasim, & eius rolatinos (sic enim ipsos isti Gramatici appellāt) qui sectatores.

neglectis præceptoribus, fontibus, exemplaribus & archetypo, ad discipulos, ad tenues, ne sordidos ac lulentos riuulos dixerim, ad deprauata exempla, se se contulerunt) à Galeno quem imitatur & suscipit defecisse, tot rationibus sibiq; ipsi repugnasse. etenim in diuisionibus in quartana cura balneum laudat, quod execratur in tertiana. doleo te respōdere non posse, sed postquam dempta tibi facultas hæc est, respondeant sectatores tui, quiq; in hac causa patrocīnātur tibi. Si in quartana cōuenit, q̄ morbus diutinus est cuius materia tanto crassior ac tenacior alijs est, quāto tertianæ tenuior incompactiorque, cur non in colērica febre? nullum quippe hic locum habent distinctiōes, nulla tergiuersadi aut subterfugēdi uia. Vobis uero qui credere possū (Petre, Ebane, nicole alijsq;) in hæc

Confutatio
authorita-
tis nectri-
corum.

DIALOGVS BRANCH.

hac causa, quos à Rase doctos, balnea dānasse prius uī Secum pug
 deo, q̄ experiri uoluisse. uestrā intererat barbaris dare nare neote=
 leges, nō accipere. Sed quid quæso istud est quod legi ricorum sē
 nus in uestris monumentis, differentes balnea esse sa= tentias.
 lubria confirmatis, deinde pro uirili uitanda esse con
 sulitis, eadem (ut inquit Seneca) epistola eundem &
 amicum & inimicum esse scribitis. Pugnant hæc, &
 simul uera esse non possunt. Nec ij sumus qui nomini
 ac dignitati uestræ derogare uelinus, uos plurimi sē
 per fecimus, ingeniosos uiros, atq; pios existimauimus.
 Sed Hippocrati, Galeno, rationi denique atque expe
 rientia adherere maluimus. utrunque experti sumus,
 & pharmaca iterare, & post balneum lauare con
 tra receptam à uobis Rasis sententiam, illud non ad
 uotum hoc felicissime cessit. uiderunt ista sepe dilecti
 discipuli magnæq; spei iuuenes, Leonardus Pomus &
 Calistus Siculi, ut multos alios missos faciā, qui eadē Hominum
 apud nos aluo subducta lauantes obseruarunt. Nec usus res nō
 quotidianus hominum usus rerum mutat naturam, sed immutare,
 potius utentem (si malus est) refractarium reddit, ma sed utentes.
 lo comparato habitu. Num quia consuetum est odisse
 bonas literas, cuius uel docto ac probo detrahi, ni
 hil non damnari, modo alienum sit, ignauos ac sycop
 phātas sublimari, philosophos pro nihilo haberi pror
 sus, & τέχνας quatuor & quinque composita cathartica
 commisceri, gemmas tritas et aurum ad uorandū
 præberi, & id genus sexcēta: idcirco laudabile est.
 etenim cū multa mala sint, una praua cōsuetudo om
 nia

DE BALNEORVM VSV

Eadem quæ
erant olim
axiomata
nunc esse.

nia superat . Quod uerò assumitis, humana corpora mutata esse, proindeq; nõ conferre nũc, quæ tempore Galeni Alexipharmaca existimabatur. primo ambigimus an corpora mutata sint. nõ desũt qui putet robustiora esse quã olim, sed esto quod ab illo statu declinant, nil quod nobis repugnet sequitur. nõ. n. eæ rationes uariatæ sunt, è quarũ sinu curatiuã methodũ colligimus. nõne hoc sæculo, ut illo bilis tenuis est, à cẽtro ad circulum mouetur, cutis porosa est, calos aqua reserat, liquat, dissecat. frigiditas cum caliditate pugnat et humidũ cũ sicco. naturaq; operatur ac si miete præditæset? præcipuum medici munus est iuuare naturã, omnisq; cura cõtrario absoluitur. Dices corpora esse imbecilliora. At Galenus propter debiliora corpora balnea inuenta esse ait. Dices hodierna ingluuies maior est. corpora crassis lentisq; humoribus magis abũdãt. Nil cõtra nos qui cõcocta materia, aluoq; deiecta si tumuerit, lauandum præcipimus. Quanto plus mihi quã pharmacorũ patronis cõsuetudo faueat, si repeterẽ, pleonasmũ cõmisisse me Valla clamaret. Dãniũ uerò quod sequitur, maloq; turpiter lucrari. nec me præterit q̃ belle cõspirẽt, pedariũ agãt, et mulus malũscabat. semel ab huiusmodi zoilis, thessalis lamis et monis bellũ probis uiris indictũ fuit. desinẽt oblatrare nõquã, suo potius quã alieno impẽdio. purus ac integer offedi non potest. magnũ. heatrũ cõsciẽtia est. nõ deserit Iuppiter Homericus terris et undis agitatum Vlyssẽ. turpissimũ est ob eas causas ab honesto declinare.

re.

DIALOGVS BRANCH.

re. Sed iā satis superq; nugatus sum, natium uitiū
 non facile rationis imperio coercetur. Et enim quem-
 admodum hesitare principio mihi genuinum est, nec
 arte aut industria diluere hoc possum, sic ubi nuga-
 ri incepimus desinere nunquam. receptui eano, uelāq;
 complico rogans, ut (si libuerit) barbarum ac nebulo-
 nem appelles, impium uerò et iniquum me esse nul-
 lo pacto putetis, Dixi. Dia. Iste sermo fuit ualde pro-
 lixus, ego partim præ longitudine, partim quia talis est nō facile
 modus loquendi non est mihi consuetus nihil intelle-
 xi. Sob. Nec ego, etsi intellexisē nequaquam facerem,
 ut ipse dixit. Euse, pependi ab ore tuo attonitus. hic
 formosissimus annus, iam redeunt saturnia regna. reui-
 uiscet medicina, è barbarorumque faucibus eripie-
 tur. iam passim ubiq; bonæ literæ florēt, auctores opti-
 mi leguntur, è specu (nescio quo) uideo quotidie pro-
 dire uindices nō inertes optimorum studiorum. dii fax
 int, ut laurum aliquam nanciscantur, sub cuius umbra
 suauissimi cantus musarum omnium auscultari liceat.
 Equidē tam uera tua mihi argumēta uidētur, ut repu-
 gnātes nō coarguēdos uerbis, sed flagris cædēdos eē
 seā. tergiuersari impiū est, nō pudet me uictum fieri,
 doleo q̄ maxime serius esse superatū. Quid. n. homi-
 ni accidere potest utilius ac gratius, quā ut deterfa ig-
 noratiæ caligine bene operandi formulā potatur. in-
 gentes gratias ago, uel relaturus quandoq; si potero,
 nec aliquis è tuo latere me discedere uidebit āplius.
 Ant. Cædidissimo (et si noua licet uti metaphora) au-

Quod nati-
ra inditum
diluitur.

Nil probis
doctrina
gratius.

DIALOGVS BRANCH.

reο mihi signandus lapillo, aut smaragdo hic dies est. Certo scio de me actum fuisse, si ad potionem aliam descendissem. Deus Opt. Max. nostri misertus est. Misericordiae suae gratias ago quotquot possum, uobisq; etiam probi ac peritissimi doctores, qui tantū pro mea salute laborem suscipere uoluistis. delectauit modestia probitas, ac pietas omnium. Senum Catoniana grauitas, iuuenis diligentia, humanitas ac pleraq; alia, quae palato meo mirū in modū satisfaciūt. Vtrinq; acriter certatū est, lauari uolo, famuli parate labrū, audite me dicum. lauabor & sanus (si Deo placet) artem scire & uero modumq;, balneum temperatum quibus cognoscā. frigidae quis sit usus, ac naturalium. Obseruauit etiam Eranchaleo te obiter & quasi per transennam decōposita cathartica dānasse, auri et pretiosorum lapillorum pulueres, qui in usu frequentissimo sunt. Digna quidem intellectu &, nos audiendi desiderio flagramus. BRA. Alias de huiusmodi rebus sermo erit, satagamus nunc sanitatis tuae. Deinde doctam Neapolim (omnium bonarum artium & scientiarum alumnā) reuersus, ope librorum adiutus, otij mei rationem reddam, non oblitus trium amplissimorum Cardinalium, Cornelij, Campegi, ac doctissimi Parisiensis. ANT. Quod tacite promittis, expectabo. Sed iam parata est mēsa, oconomus dat signum. pulsatur tintinnabulum. mente satis laborastis, dandum est aliquid corpori. interim, ut praecipis, lauabimur.

FINIS.

